


BULLA
Gregorii PP.
XIV
Illius qui pro
gregis
huiusque dup-
plicatum
in forma
authentica
1594





IN NOMINE SAN

ctissima et indiuidua Trinitatis Patris Filij et Spiritus Sancti Amē.

NOVERINT uniuersi, et singuli Soc publicum transumpti instru-
mentum uisuri, lecturi, et audituri quod nos CAMILLVS Bur-
ghesius ProtSnotarius Ap̄licus S. D. N. Papæ eiusq; Camerarij, nec-
non Curia causar; Camera Ap̄lica Generalis Auditor Romanæ Cu-
ria Index Ordinarius, sententiæ quoq; et censurarum, ac litterar;
Ap̄licar; quarumcunq; uniuersalis, et merus Executor ab eodem Dñō
nrō Papa specialiter deputatus uidimus, legimus, et diligenter inspec-
ximus litteras Ap̄licas fel: rec: Gregorij Papæ XIII: sub plumbo
ut moris est legitime expeditas, et plumbatas tenoris infrascripti
uidelicet.

GREGORIUS Episcopus seruus seruor;
Dei Ad perpetuam rei memoriam. **I**llius qui pro gregis dominici sa-
lute in ara Crucis immolari non abnuī, uices quamuis immeriti gerentes
in terris curis urgemur assiduis, et continua meditatione pulsamur circa ea,
quæ pro pauperum Christi infirmor; necessitatibus ne dum corporalibus,
sed etiam spiritualibus adiuuandis in hac Vrbe nrā pie instituta sunt, om-
ni studio intendere, et quæ propterea provide facta fuisse dicantur, ut fir-
ma perpetuo et illibata persistant Ap̄lico munimine roboramus, et ut
ad præmissa peragenda Christi fideles libentius concurrant, fideles
ipsos spūalibus munerib; prosequimur, ut exinde reddantur diuina
gratiæ aptiores, ac charitatis, et misericordiæ feruor in dies amplius au-
geatur in eis, aliq; desuper concedimus, pro ut conspiciamus in Dñō salu-
briter expedire. Cum itaq; dudum fel: rec: Sixtus Papa Quin-
tus Prædecessor nr̄ certis causis adductus ex certa sua scientia Congre-
gationem sub uocabulo, seu nomine Ministrantium Infirmis in Vrbe
tunc constitutam per suas in forma Breuis desuper confectas litteras

approbatio et
confirmatio
Sixti Papæ VI

perpetuo approbauerit, et confirmauerit, prout in ipsis suis plenius con-
tinetur. Et sicut accepimus dilecti filij Camillus de L. elij modernus
ipsius Cong.^{nis} Praefectus, et alij eius Socij cupientes in charitatis uin-
culo persistere, et maiori cum animi quiete Deo seruire, et ad perfici-
endam, et conseruandam eor^{um} Congregationis in Christo unionem quan-
dam uiuendi formulam iuxta ea, quae ad propositum sibi finem conduce-
re usu didicerunt ediderint, factumq^{ue} sit, ut eor^{um}dem Camilli, et Soci-
orum uitae institutum sub dicta formula comprehensum fidelib^{us} gra-
tum et acceptum, ac ad proximi subuentionem adeo utile et necessa-
rium existat, ut ipsa Cong.^{to} numero Socior^{um} admodum creuerit, et quā-
plures Christi fideles summo desiderio et affectu in dēam Congregationem
recipi, et admitti plurimum exoptent. Formula aut^{em} praedictae tenor
sequitur qui talis est. Quisquis decreuerit se huic charitatis mune-
ri in perpetuum addicere, statuatur se mundo rebusq^{ue} oībus seculi esse mor-
tuum, et Christo soli uiuere, seq^{ue} nobis aggreget, ut admissa peccata ex-
piet sub iugo suauissimo perpetuae paupertatis, castitatis, et obedientiae,
et sub perenni ministerio agrotantium, quos etiam pestis incesserit,
non solum in Nosocomijs, sed etiam in carcerum valetudinarijs, ubi
agroti magna tam corporaliū, quam spiritaliū rer^{um} angustia pre-
muntur; Ac de his uniuersis Deo adiuuante praecepta dabuntur in cō-
stitutionibus suo tempore edendis, quibus sub ullius peccati poena ob-
stringi non intendimus, ijs tamen exceptis ad quae obseruanda uotor^{um}
uinculis obligamur. Paupertatem nostram ita interpretamur, ut
Religior^{um} sit paupertas mendicantium eorum, qui nec singuli, nec
uniuersi fructus ullos, ac redditus capiant, quae uero necessaria erunt,
ea ex humili exercitio ostiatim emendicandi, uel ex elemosynis fi-
delium nobis sponte oblatis comparabimus: Nemo per se et arbitrato

formula uiuen-
di et castitatis
voti

quatuor uita

Pauperentis
de iuribus
et formula

suo quæritabit, sed ij soli, quibus ob communem usum ab obedientia id
 oneris imponetur. **T**otius Congregationis superior Praefectus Ge-
 neralis appellabitur, cuius officium perpetuum erit quoad uinct: Soci-
 os aut habebit quatuor, qui Consultores dicentur. Creabuntur autem
 si cum Congregatio maiorem numerum erit nacta idoneorū hominum, ijque
 pariter officium perpetuum gerant, dum Gnālis Praefectus erit superstes;
 votum eorū æque ac Praefecti decisiuum erit, præterquam quod Praefe-
 ctus duplex habebit, singuli illi simplex. Nihil eorū de quibus secun-
 dum constitutiones factas, aut faciendas, cum Consultoribz decernen-
 dum est, statuatur; nisi de illorum consilio, et sententia: maior uero
 pars sententiarū uincet. Ne aut ex sententiarum aequalitate res in
 dubium ueniat, ad id uir grauis de Cong.^{ne} deputatur, qui uoto suo, pro-
 ut necessitas postulauerit alterius, quam meliorem censuerit partis
 numerum augeat. Praefectus una cum Socijs potestatem habebit tam
 interpretandi, et ea explicandi, de quibz super instituto nrō, quod hic
 summam comprehenditur, dubitatio fuerit orta; tum constitutionū
 ad optimam Cong.^{nis} disciplinam faciendarum: constitutiones aut expe-
 riendo primum, atq; utendo expendentur, deinde a Capitulo siue
 Cong.^{ne} Gnāli, prout expedire uidebitur admittentur. Praefectus Gnā-
 lis ac Socij Praefectos aliorū locorū, ubi Cong.^{ne} sedem habebit, et Prouin-
 ciales, et Visitatores, quos oportuerit, eligent. Electio uero Generalis
 Praefecti et Consultorū posthac in Cong.^{ne} gnāli faciendā est. In praeses
 quidem Generalis creabitur suffragijs maioris eorū partis, qui nunc
 Crucem gerunt, ac iuxta formam statuendam idem statim ac renun-
 tiatus Generalis fuerit quatuor uotoz professione obedientiae scili-
 cet, paupertatis, castitatis, et quod præcipuum huius instituti scopū
 continet, perennis, ut dictum est, ministerij ægrotantium, solemni-

Superior totius
 Congregationis
 officium eius per-
 petuum
 Consultores
 Consultorum
 uoti de uniu-
 Consultorum
 munus

Praefecti et
 sociorū potes-
 tas sup. instituti
 uoluntatibus
 et faciendā
 constitut. dicitur

Praefectus
 et Socij
 creabuntur
 alios officio-
 rum
 Modus creandi
 p. Praefecti Ge-
 neralis

quatuor uolen-
 tibus

ter se obstringet, tunc apud ipsum, aut eam, cui is hoc negotij dederit eodem modo profitebuntur oēs, qui specimen sui dederint, et idonei, ac digni iudicati fuerint.

Volumus autē nostros in Nosocomijs cum Superiorum suorum iussa, consentientibus eorundem Nosocomiorum Praefectis, mittentur aut Magistris ita operam navare, ut nulla publica officia, magistratusve, aut reddituum in Nosocomijs administrationem in ipsis suscipiant, verum oēs curam aegrorum, tum corporis, neque ullius redditum animae gerant, et aliquot ex ipsis nocturnas excubias, diurnasq; ibi du-
cant, atq; aegrotis agonizantibus donec ex hac vita migrent nusq; derint.

Quod si nobis ut ceteris pauperibus Nosocomiorum Patroni, aut Administra-
tores aliquid elemosinae sine quotidiana, sine menstrua, sine annua, sine in plures annos largiri voluerint, Cong. nra ius nullum habeat id exigen-
di, sed quae dabuntur liberaliter cum gratia, actione accipiet. Nos enim curae aegrotorum incumbimus nulla mercede, vel spe temporali adducti, sed ab a se ipsis hoc ex instituti nri obligatione. Itaq; ab aegrotis Hospitalium nulla mune-
rentur nihil ra, nihil pecuniae, nullam omnino rem nostri capiant, ac ne per submis-
sas quidem personas. Legata ab ipsis, qui in Nosocomijs defuncti fuerint
in rem nram relicta non admittantur. Qui in Hospitalibus sunt Nosocomio-
rum Officiales, et famuli in Cong. nram non recipiantur, sine assensu
eorum qui illis locis Praefecti sunt.

Experiendo didicimus pluri-
mis, maximisq; difficultatibus et incommodis animae praesertim eos confli-
ctari, qui extra Nosocomia et carceres in alijs locis aegrotant, ac potis-
simum tenues, et plebeios homines, externosq; qui conducto degunt.
Quare volumus adiuuante Domino nro Iesu Christo a nris eos inuisi,
et ipsis, quoad fieri poterit, adhiberi consolationem exhortationem, et alia
Smci iuxta constitutiones edendas; priusq; vero illi sensum usum amit-
tant, adducantur pro cuiusq; conditione, et natura ad protestationes se-
cundum formam Ecclesiae Sanctae faciendas, cumq; ingrauescet mor-
bus

bus diu, noctuq; apud eos exubent nri, animamq; commendent, ac salu-
 taribus monitis opulentur, magnamq; ponatur in eo studium, ut sortatio-
 nis pjs informetur, ne tentationib; succumbant, et in illo formidoloso
 uitæ exitu confortentur, tum ut bene ac diligenter commendetur ani-
 ma. Caueant autem maxime, ne quisq; eor, qui ad uisendos per Smoi
 loca agrotos, et ad charitatem ijs præstandam, opemq; offerendam mittē-
 tur ob labores suos ullum munus, aut rem, pecuniāue accipiat, nec
 ullam uel exiguam stipem, atq; eleemosynam, sed oia ad solam Dñi
 Dei gloriam animarq; salutem fiant, atq; administrentur. Quinimo ut
 nostrar; utilitatum ratio omnis prætermittatur, nec quisq; proprio emo-
 lumento studeat, neutiq; nri agrotis aut sores sint, neq; consilium dent,
 aut sortentur, ut aliquid erogent eleemosynæ, aut testamentum faciant,
 aut legata relinquunt in rem, atq; utilitatē nrām. Propter multas
 instituti nri occupationes, qui nostrū sacris ordinib; initiati crunt
 diuinum officium quotidie recitabunt non in Choro, sed priuatim, ac
 sigillatim, ceteri tertiam Beatissima Virginis Rosarij partem,
 uel eius officium paruum. Processiones etiam solemnissimas, co-
 terasq; solemnitates, quibus pie alij religioni Ordines intersunt, ipsi
 non obibunt, ut liberius, magisq; assidue agrotis operam nauent: quo
 in ministerio perseuerare cupimus immediatē subditi curæ, animad-
 uersioni, speciali protectioni, ac defensionī S.^{mi} D.M. Papæ,
 Sanctæ Sedis Aplica. Ut aut spiritum nri recreent, ac pascant,
 ponintq; tantam diuinæ gratiæ ubertatem adipisci, ut munera, et
 officia sua cum charitate exequantur, exercebant se in orōne menta-
 li, et uocali, tum in examine conscientiæ, seq; sapissime munient sa-
 cramento confessionis, et communicatione corporis Christi; nonnul-
 lis item abstinentijs, quæ omnia constitutionib; particulatim ex-

Meritorum
 auxilium
 Ab agrotis
 nostri nihil
 accipiant

Nostri uero
 auctores agrotis
 ut aliquid nobis
 dent aut relin-
 quant

Officiū diuinū
 in choro nō reci-
 tantur, sed
 qui sacris ordi-
 nibus sub ini-
 tiati

Ceteri tertiam
 partē Rosarij aut
 officij parui B.

Processiones nō
 obibunt nostri

Formula uita
 spiritualis

ponentur. *Ac* quoniam nris ut alterius saluti consulant cum pro-
 ximis assidue conuersandum est, volumus *Novitios* secundum formā
 edendarū constitutionum iam admissos, prater accuratam examina-
 tionem per biennium ante probari, quam ad professionem admittant.
 qui a Praefectis iuxta modum in eisdem constitutionibus statuendum.
 idonei existimati fuerint exacto biennio profitebuntur. Vestis erit
 Vestis pauperum atq; honestorū Sacerdotum nigri coloris, pallio autem, ac
 tunica duntaxat qui professionem fecerint, assuetur ad dexteram sinx
 oblonga ad palmi mensuram ex panno castanei coloris, qui uulgo Ta-
 neus dicitur. *N*ostri instituti ratio postulat, ut longe maior esse
 debeat L, aior, quam Sacerdotum numerus. Idcirco statuimus eos
 tantum esse Sacris Ordinibus destinandos, quos Praefectus Generalis, atq;
 una Consultores, uel de eorū licentia alij Superiores non aptos modo ad
 ipsos sacros Ordines, sed et ad ministerium nrū ex constitutionum
 praescripto congruentes, ac necessarios iudicarint. Idemq; seruandum
 decernimus erga Clericos, qui ad studium admittentur; ij uero in eo se
 ex ipsarū constitutionum regulis exercebunt, ut ita litteris uacent, ne
 mortificationis, et aegrotorū uiuandorū, prout Praefectis uisum fuerit
 + studia omittantur. *P*ropterea quod haec exercitia cum disciplina
 spūali coniuncta arumnas, et incommoda afferunt, quodq; grauiā sunt
 nobis, ac tetra loca frequentanda, experti sumus eorū tuenda ualetu-
 dinis causa, qui his officijs in Dño functi fuerint aliquo loco opus esse,
 ubi puro libero, ac salubri aere grauis odor, et putor conceptus expurge-
 tur, nriq; e multis laboribus, ac uigilijs respirent quem etiam locum
 destinari cupimus nostris ex inuacitudine se reficientib; quo citius
 afflicta uiros recuperentur. Quare eiusmodi locum habere Cong.
 poterit, idq; fore interpretamur salua, et integra cui dediti sumus
 paupertate

paupertate: eius aut loci qualitas constitutionibus definiatur. Quibus praterea in Urbibus et Oppidis Cong^{no}. Novitios educabit possit habitationem habere separatam a Professorum domo. Cum aut, sicut accepimus in premissis nihil quod primum non sit, aut salutare reperiatur, Nos ut Camillus et Socij prefati in eor, pie vivendi proposito eo promptiores reddantur, quo se maiori sedis Aplice gratia, et favore complecti animadverterint, et premissa dicta Sedis patrocinio communiri, et corroborari viderint, providere volentes, ac Camillum et Socios predictos a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, alijsq, ecclesiasticis sententijs, censuris et poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quib, quomoti innotati existunt, ad effectum prout duntaxat consequendum, hanc serie absolventes, et absolutos fore censes: Nec non dictar, litterar, dat, ac premissor, omnium et singulorum veriores etiam totos tenores, ac occasiones, et causas, ac circumstantias et sic de necessitate exprimendas presentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes Motu Proprio non ad dictor, Camilli, et Socior, prefator, aut alior, pro eis nobis desuper oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia nra, et de Aplice potestatis plenitudine premissa omnia et singula tanq, ad spualem profectum animar, pertinentia et opportuna Aplice auctoritate tenore prout perpetuo approbamus et confirmamus, ac illis perpetua, et inviolabilis firmitatis robor, et patrocinium adijcimus, et apponimus, oesq, et singulos tam iuris, quam facti, ac quarumcunq, solemnitatum etiam substantialium sic forsan de necessitate exprimendar, et inserendar, defectus perpetuo supplemus, dictosq, Camillum, et Socios, ac ipsa Cong^{ne}. illiusq, membra oia nunc et pro tempore in quibusvis locis

Novitios vivunt
educari in domo
separata a Professoribus
Confirmatis iuribus

plene expressis

sub sancta et
apostolica

sedis n^{re} consistencia sub n^{ra}, et Suius Sanctae Sedis **A**p^{li}cæ, ac Beati Petri spe-
 ciali, et immediata protectione suscepimus, et admittimus. Et nihi-
 lo minus potiori pro cautela Camillo et Socijs prefatis, ac eor^{um} cuilibet, ut
 di quatuor nota quandocunq^{ue} eis visum fuerit possint prædicta substantialia religiosa
 vitæ, paupertatis uidelicet, castitatis, et obedientia, et perennis ministe-
 rij agrotantium uota iux^t prefatæ formulæ tenorem emittere. **E**t Præ-
 fectus Sæc^{ularis} prima uice eligendus in manib^{us} cuiuscunq^{ue} persona in dignita-
 te, seu administratione ecclesiastica, constitutæ secularis, uel cuiusuis
 ordinis Regularis solemniter profiteri, et tam ipse, quam alij pro tempo-
 re existentes Præfecti et Socij eiusdem Cong^{regationis} sub nomine, et nuncupa-
 tione Clericor^{um}, Regularium Ministrantium Infirmis in communi,
 et de communi uiuentes in locis sibi forsitan iam concessis, uel in futur^{um}
 concedendis sub dicta immediata, et speciali protectione in unum ha-
 bitare, et ex eis inter se superiorem Præfectum nuncupandum eligere
 facilius recipiant præfertur iux^t eorum formulam 5^mo. Et quoscunq^{ue} alios secula-
 res Clericos quauis dignitate fungentes, seu Laicos, qui Deo inspi-
 rante ad huiusmodi propositum, et communem uiuendi modum sese
 conferre, et conformare uoluerint recipere, et post approbationem iuxta
 prædictam eorum formulam ad huiusmodi uotorum professionem,
 in manibus eorum Superioris, seu Præfecti emittendam, et ad com-
 munem uiuendi modum admittere. Nec non inter eos quascunq^{ue},
 constitutiones particulares, quas ad huiusmodi Congregationis, seu
 Religionis finem, et Omnipotentis Dei gloriam, proximiq^{ue} utilita-
 tem conformes esse, et conducere indicauerint, condere, et tam hætenus
 factas, quam in posterum faciendas constitutiones, ipsas iuxta tem-
 porum et locorum, ac rer^{um} qualitatem, et uarietatem mutare, altes-
 rare, seu in totum cassare, et alias de nouo condere facere, et edere
 possint.

possint, et ualeant, quæ postq̃ mutata, seu de nouo condita, edita, ac ab
 Urbis Vicario examinata, et approbata fuerint, eo ipso dicta Apo-
 stolica auctoritate confirmata, et approbata, ac etiam de nouo con-
 cessa, etiam sub quacunque datz, per Prefectum, et seu alios Superio-
 res dictæ Congregationis eligenda sint, et esse censeantur dummodo
 tamen Sacris Canonibus, et Concilij Tridentini decretis, ipsiusque
 Congregationis regularibus institutis non contrariantur: quas ut præ-
 fertur sine noua approbatione Sedis Apostolicæ, uel primo conditas
 uel mutatas seruare in omnibus teneantur secundum instituti ratio-
 nem. Nec non etiam eisdem Camillo, et Socijs, ac pro tempore exi-
 stentibus Prefectis Generalibus, alijsq̃ omnibus, et singulis personis
 dictæ Congregationis, ut omnibus, et singulis quibuscunque etiam spe-
 ciali nota dignis, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, indul-
 gentijs, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, indultis, fauoribus,
 prerogatiuis, concessionibus, et gratijs quorumuis etiam Cisterciens.
 Cluniacens. ac Sancti Benedicti Monachis Clericis Regulari-
 bus, et Presbiteris Collegialibus Societatis IESV, et Canonicis
 Congregationis Lateranen. ac quibuscunque alijs Clericis Regulari-
 bus, et aliorum tam Mendicantium, quam non Mendicantium
 Ordinum, et Congregationum fratribus, et personis, tam in spiritua-
 libus, quam in temporalibus in specie uel in genere etiam communi-
 catiue per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros,
 ac Sedem præfatam quomodolibet concessis, quæ tamen sunt in usu,
 nec sub ullis reuocationibus comprehensa, neq̃ decretis dicti Concilij,
 nec ipsius Congregationis regularibus institutis contraria, et quibus
 illi tam in uita, quam in mortis articulo etiam circa peccatorum re-
 missiones, et iniunctarum penitentiar, relaxationes, aut alias

ab Urbis Vicario
 examinata. Apo-
 stolica auctoritate
 confirmata et
 approbata

communicatis
 omnium Priuilegijs
 et singulis
 Religionibus

quomodolibet uti, potiri, frui, et gaudere possunt, aut poterunt quomodo-
libet in futurum perpetuis futuris temporibus uti, potiri, frui, et gaudere,
ac illorum omnium participes esse possint, et debeant pariformi-
ter, et aequè principaliter absque ulla prorsus differentia perinde
ac si Congregationi Praefectis, Socijs et personis, et eorum domi-
bus, et Ecclesijs uel Oratorijs huiusmodi nominatim, et specia-
liter, ac generaliter concessa fuissent. Ac pro tempore existen-
ti Praefecto Generali huiusmodi, ut per se, uel aliam, seu alios ad
id per eum pro tempore deputatum, seu deputatos, omnesque, et singu-
los eiusdem Congregationis socios, et personas sub eius obedientia disci-
plina, et correctione pro tempore degentes ab omnibus, et singulis eorum
peccatis ante uel post ingressum in dictam Congregationem per eos com-
missis; nec non a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et inter-
dicti, alijsq; ecclesiasticis, et secularibus sententijs, censuris, et poenis
a iure, uel ab homine non tamen nominatim quomodolibet latis, et pro-
mulgatis et huiusmodi sententijs innodatos, aut in locis ecclesiastico
interdicto suppositis, diuina officia celebrantes, et suscipientes, et
censuris huiusmodi sic ligatos, et propterea, aut alias ex quocunque
capite uel causa, praeterquam homicidij uoluntarij, bigamiae, ac mem-
brorum mutilationem irregularitatem incurrentes. Apostolica aucto-
ritate in foro conscientiae tantum absolueri, nec non cum eis, si opus fu-
erit etiam cum rehabilitatione, et abstersione infamiae, et infamiae
macula dispensare, ita tamen quod sic absoluti, et dispensati pro tem-
pore si huiusmodi Congregatione quandocunque egrediantur, eo ipso
in pristinas sententias, et censuras, a quibus eos absolui contigerit
relabantur, et reincidant. Ipsiisque Socijs, et fratribus expresse
professis Congregationis huiusmodi, et eorum singulis, ut à quibus-
cunque

facultas P. Ge-
nerali ad hoc
necnon sub
his

dispen-
santi
sup irregulari-
tate

facultas su-
perueniendi

cuoque maluerint Cat[ho]licis Antistitibus gratiam, et communionem di-
ctae Sedis habentibus ad Sacros etiam Presbyteratus ordines sub titulo
paupertatis Congregationis Suiusmodi promoueri de licentia tamen
Praefecti seu alterius eorum Superioris secundum eorum constitutiones,
ipsique Antistites ordines ipsos Suiusmodi socijs absque obedientiae,
et omni alia promissione, uel obligatione conferre. Ac dicto Prae-
fecto Generali pro tempore existenti, seu de illius licentia Praefectis
inferioribus aliorum locorum seu Prouincialibus dictae Congregationis
pro tempore existentibus, et illorum Vicarijs, ac Locatinentibus,
ut cum eiusdem Congregationis personis defectum natalium etiam ex
ex adulterio, sacrilegio, incestu, et quouis alio notario et illicito, ac
prohibito, et damnato coitu poenitentibus, postquam in
dicta Congregatione uota emiserint, ut defectu Suiusmodi non ob-
stante ad quoscunque sacros etiam Presbyteratus ordines promoueri,
et in illis etiam in altaris ministerio ministrare, nec non ad quascunq[ue]
administrationes, personatus, praeminentias, et officia dictae Congre-
gationis eligi, admitti, et assumi, illaq[ue] gerere, et exercere. Ac Prae-
fecto, et Socijs Congregationis Suiusmodi, ut quaecunque loca, et
domus ad inhabitandum eis donata, uel ab illis quomodolibet habita
in domos, et Oratoria ordinis, et Congregationis Suiusmodi erige-
re facere, seu erigi procurare absque noua dictae Sedis desuper ob-
tinenda approbatione libere, et licite possint, et ualeant [nec non si
contingat Praefectum, et socios ipsos aliquam domum Ecclesiam,
Oratorium seu quemuis alium locum dictae Congregationis edificare,
et construere seu id per alicuius personae testamentum mandari,
uel quouis modo offerri domum Ecclesias, seu Oratoria, uel loca
Suiusmodi cum omnibus ad id necessarijs, et opportunis construi, et

li 31
ordines a g[ra]tulis
char[ita]tatis
t[er]minis


Praefectus p[ro]p[ri]us
u[bi] de p[ro]p[ri]a
e[st] de p[ro]p[ri]a
u[bi] de p[ro]p[ri]a

facultas e[st]
p[ro]p[ri]a et en-
g[ra]tulis quocunq[ue]
loco

edificari, ac locum pro huiusmodi constructione oblatum recipi pos-
 se, ipsasq; domos Ecclesias, Oratoria, et cellas ubilibet per dictos So-
 cios pro tempore constructa, uel eis donata, eo ipso quo adificata, uel
 donata fuerint Apostolica auctoritate erecta, approbata, et confir-
 mata [ac bona quaecunque pro domorum, uel Oratoriorum huiusmo-
 di uel personarum inibi commorantium sustentatione, et manuten-
 tione per quosque Christi fideles pro tempore donata relicta, et lega-
 ta eo ipso praedicta auctoritate perpetuo applicata, et appropriata
 esse, et censer, Ecclesiasq; et Oratoria praefata cum Coemeterijs
 per quoscunq; Episcopos benedici, seu consecrari, et quouis modo pol-
 luta reconciliari possint, et ualeant perpetuo concedimus, et indulge-
 mus, statuimus, et ordinamus. Et uolumus quod a correctione re-
 gula Congregationis huiusmodi secundum ordinationes facta, ut ui-
 gor disciplina melius conseruetur appellari, aut talis appellatio per
 ullum Iudicem admitti, nec ab officijs absolutio, aut priuatio peti nulla-
 tenus possint. Nec Praefectus Generalis dictae Congregationis
 pro tempore existens, aliquam dignitatem extra Religionem, seu
 Congregationem ipsam sine eiusdem, seu illius Congregationis expres-
 sa licentia; nec aliquis ex Socijs huiusmodi absque consensu dicti
 Praefecti Generalis, et expressa licentia, qua dari non ualeat, nisi
 ad id a Romano Pontifice per obedientiae praecipuum pro tempore
 fuerint coacti, Praelaturae, uel quameunque aliam dignitatem acce-
 ptare, uel ad illam assumi queat. Nec non quod quilibet ex So-
 cijs Congregationis huiusmodi peccata sua proprio Praefecto, uel ab
 eo deputato, seu deputatis, et alijs secundum ordinationes Congre-
 gationis praefatae designatis, seu designandis confitori debeat, nisi
 super hoc a dicto proprio Praefecto alium Confessorem eligendi fa-

cultatem

cultatem habuerit. **A**c insuper, ne quis post emissam vota secun-
 dum constitutiones, seu ordinationes eiusdem Congregationis ad quem-
 vis alium Ordinem etiam per Sedem praefatam approbatum, Cartusi-
 ensium ordine duntaxat excepto transferri, egressi uero alias, quam
 ut praefertur de ordine, seu consortio huiusmodi in nullo alio pra-
 terquam Cartusiensium Ordine praedicto admitti, recipi, uel retine-
 ri possint. Ipsi Praefectus Generalis et alij inferiores Praefecti eius-
 dem Congregationis per se, uel alios illos sic egressos, et alios quoscunq;
 dictae Congregationis Apostatas, et etiam alios quosvis insolentes,
 et qui id mereri uidebantur in quocunq; Subitu Apostatas praefa-
 tos contigerit reperiri excommunicare, capere, incarceratione, coercere
 et alias sua disciplina submittere nec non ad id si opus fuerit auxi-
 lium brachij secularis inuocare. **I**nsuper Praefecto Generali, uel de
 eius licentia alijs Locorum Praefectis, seu Superioribus dictae Congre-
 gationis etiam pro tempore existentibus, ut in sua Congregatione quos-
 cunq; alios seculares. Laicos Clericos, seu in Presbiteratus ordine con-
 stitutos aggregare, et adiacere pro suis misericordiae, et caritatis operib;
 huiusmodi exercendis, qui sic aggregati omnibus et singulis indulgen-
 tijs, et gratijs eiusdem Congregationis gaudeant, et potiuntur, et gau-
 dere, ac potiri debeant, et illas consequantur dummodo ea opera fa-
 ciant, et exerceant, quae pro eisdem indulgentijs, et gratijs consequen-
 dis fuerint praescripta. **N**ec non Praefecto Generali, et alijs Supe-
 rioribus, nec non de eorum etiam facultate uniuersis fratribus, et So-
 cijs Congregationis Ministrantium Infirmis huiusmodi in Prae-
 sbiteratus ordine constitutis, ut in locis ubi degunt, et eos pro tempore
 morari contigerit habere Oratoria, et in eis Missas, et alia diuina
 Officia celebrare, ac Ecclesiastica Sacramenta recipere libere, et lici-

facultas trans-
 mendi pro
 persona ad Car-
 tusiensium ordi-
 nem duntaxat

facultas aui-
 gendi et casti-
 gandi apostatos

aggregatio
 Congregationis
 secularium in
 nostris domib;

facultas habendi
 oratoria et ca-
 pellas

te possint, et ualeant respectiue, etiam concedimus, et indulge-
 mus. **I**psamq; Congregationem Ministrantium Infirmis, et
 exemptis bonis ab omni conce-
 pte
 res quacumq; ab omni Superioritate, iurisdictione, correctione et
 uisitatione quorumcumq; Locorum Ordinariorum, et Episcopo-
 rum salua tamen decretor; dicti Concilij dispositione eximimus,
 et penitus liberamus. **N**ec non privilegia, indulgentias, prae-
 alia comunicata
 rogationes exemptiones, immunitates, gratias, et indulta Mona-
 chorum, et Fratrum ac Societati **IESV**, et Canonicis, alijsque
 personis supradictis tam in spiritualibus, quam in temporalibus
 tam in specie, quam in genere etiam communicatiue concessa, ut
 praefertur ad Praefectum Generalem etiam pro tempore existen-
 tem, aliosq; socios et etiam particulares Congregationis cuiusmo-
 di Ministrantium Infirmis perpetuo extendimus, et amplia-
 pus, ac in eis locum habere, et suum plenarium effectum sortiri
 debere decernimus, et declaramus. **E**t insuper animarum
 praefectui providere uolentes de Omnipotentis Dei misericordia,
 ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate con-
 fesi omnibus, et singulis Christi fidelibus uere poenitentibus, et con-
 fesi, ac sacra communione refectis qui dictam Congregationem
 pro tempore ingrediantur die primi illorum ingressus, et receptio-
 nis, ac emissionis professionis, nec non qui similiter poenitentes, et
 confesi si id commodum fieri poterit, ac dicta communione refecti in
 dicta Congregatione pro tempore decuerint in eor; mortis articulo,
 praesertim in proximi subuentionem ratione pestis, seu cuiuscumq;
 alterius morbi contagiosi in forma Iubilei anni Sancti Romae
 concedi soliti, nec non et uere poenitentib; et confesi, ac san-

ctissima

ctissimo Eucharistia Sacramento refectis in piorum operum mi-
 sericordie, et charitatis exercitiis perseverantibus singulis primis
 diebus Dominicis cuiuslibet Mensis plenariam omnium peccato- ^{Indulgentie}
 rum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Do-
 mino concedimus, et largimur. **A**c eisdem Socijs, et Religio-
 sis dictae Congregationis, et in ea aggregatis, ut etiam omnibus, ut
 praefertur, et singulis indulgentijs quibus ipsimet Religiosi gau-
 dent, et eos gaudere ac potiri volumus, quotiescunq; infirmis prae-
 sto fuerint, ac illos noctu visitauerint, et curauerint, corq; lectos
 faciendo, ac illis ad manducandum porrigendo, et auxiliando,
 ac disponendo ad bene moriendum, et usam salutis, ac Doctri-
 nam Christianam illos docendo, ac deniq; oia officia charitatis uel
 spiritualia, uel corporalia, quae ad animarum adificationem
 pertinent exercendo, et Sacramenta Ecclesiastica administrando
 ceteraq; similia praestiterint, pro quolibet praemissorum piorum
 operum; nec non omnibus et singulis Officialibus, et Ministris
 ac alijs personis dictae Congregationis ob infirmitatem, uel propter
 Obedientiam seu alia de causa domi remanentibus, si quinquies
 Orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam deuo-
 te recitauerint etiam uiginti annos, et totidem quadragenas de
 eis iniunctis, et alias quomodolibet debitis poenitentijs misericor-
 diter in Dño relaxamus. **A**c quod omnes et singuli utriusq; se- ^{participatio bea-}
 xus benefactores huius Congregationis possint esse participes om- ^{nitum}
 nium operum meritoriarum quae in Congregatione Smoi pro tem-
 pore fiunt et concedimus, et indulgemus. **D**ecernentes easde
 pntes litteras sub quibuscunq; similium, uel dissimilium indul-
 gentijs, uel aliarum gratiarum reuocationibus, suspensionib;

limitationibus, derogationibus, et alijs contrarijs dispositionibus etiam
 in fauorem Basilicæ Principis Apostolorum de dicta Vrbe, seu
 Cruciatæ Sanctæ, aut etiam per nos seu per alios Romanos Pon-
 tifices prædecessores nostros, ac dictam Sedem etiam Motu, et
 potestatis plenitudine similibus seu ad quorumuis Imperatorum
 et Regum instantiam pro tempore quomodolibet factis minime com-
 prebendi sed semper ab illis exceptas, et quoties illæ emanabunt toties
 in pristinum statum restitutas repositas, et plenarie reintegratas ac de-
 nouo concessa esse, et censeri debere. Sicq; per quoscunq; Iudices, et
 Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam Sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ Cardinales, et Causarum Palatii Apostolici Auditores subla-
 ta eis et eor; cuiuslibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi faculta-
 te, et auctoritate ubiq; iudicari, et diffiniri debere irritum quoq; et inane
 si secus super his à quoq; quauis auctoritate scienter uel ignoranter con-
 tingerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus nris Ostien-
 et Tusculan' Episcopis ac dilecto filio causarum Curie Camera Apo-
 stolice Generali Auditori per Aplica scripta Motu pari mandamus
 quatenus ipsi uel duo, aut unus eor; per se uel alium seu alios pntes suos
 ac omnia, et singula in eis contenta ubi, et quando expedierit, ac quo-
 ties pro parte Praefecti, et Socior; praedictor; fuerint requisiti solempni-
 ter publicantes, eisq; in prainsertis efficacis defensionis praesidio assis-
 tentes faciant auctoritate nra praemissa oia obseruari; non per-
 mittentes Praefectum, ac Socios praefatos desuper à quoq; quomote mo-
 lestari, seu inquietari, contradictores dicta auctoritate nra appella-
 tione postposita compescendo; Non obstantibus pia memoria Bonifa-
 cij Papæ VIII. etiam prædecessoris nri qua cauetur ne Mendican-
 tes loca ad insabitandum recipere seu recepta mutare presumant

Non obtinere
 hys

absq;

17

a bz dicta Sedis licentia speciali de prohibitione Smoi expressam men-
tionem faciente, nec non dei Sixti Prædecessoris, ac Pictaven' Con-
cilij contra illegitimos et quorūcūq; aliorum Romanorum Ponti-
ficum prædecessorum nostrorum, ac nostra de non concedendis in-
dulgentijs ad instar constitutionibus, et ordinationibus Ap̄olicis,
ac Cisterciē' Cluniacē' S.^{ti} Benedicti Mendicantium, et So-
cietatis IESV et Canonicoꝝ Lateranen' Ordinum huiusmodi
iuramento confirmatione Apostolica, uel quauis firmitate alia
roboratis statutis, et consuetudinibus priuilegijs quoq; indultis, et
litteris Apostolicis quibusuis personis per quoscūq; Romanos
Pontifices prædecessores nr̄os prædictos, ac nos, et dictam Sedem,
etiam Motu scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac quibz-
uis etiam derogatorijs, derogatorijs, alijsq; efficacioribus, et in so-
litis clausulis irritantibusq; et alijs decretis in genere, uel in specie
ac alijs quomott etiam pluries concessis approbatis, et innouatis.
Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis eorumq; totis tenoribz
specialis, specifica expressa, et indiuidua non aut per clausulas
generales idem importantes mentio seu quauis alia expressio ha-
benda foret illorū tenores præsentibus pro expressis habentes illis
alijs in suo robore permansuris hac uice duntaxat specialiter et
expresse Motu pari derogamus Contrarijs quibuscūq; Aut si ali-
quibus communiter, uel diuissim ab eadem sit sede indultum, quod
interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras Ap̄li-
cas non facientes plenam, et expressam ac de uerbo ad uerbum de
indulto Smoi mentionem. ¶ Volumus aut quod eazdem præsen- Transumptis etiam
tium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publi- impressis fideliter
ci subscriptis, et sigillo alicuius Canonici Metropolitana, uel habeatur

uel alterius (at Sedralis Ecclesie seu persona in dignitate Eccle-
 siastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra
 adhibeatur, quae pntibz eisdem adhiberetur, si forent exhibitae uel
 ostensa. **N**ulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
 nostre absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis,
 appositionis, suppletionis, suspensionis, admissionis, concessionis,
 insultu, statuti, ordinationis, exemptionis, liberationis, extensio-
 nis, ampliacionis, decreti, declarationis, uel relaxationis, man-
 dati derogationis, et uoluntatis infringere uel ei ausu temerario
 contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignatio-
 nem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apolorum
 eius se nouerit incursum. **D**at. Romae apud Sanctum
 Marcum anno incarnationis Dominicae Millesimo
 Quingentesimo Nonagesimo Primo Undecimo Kal.
 Octobris Pontificatus nostri anno primo. **S. de Ursinis.**
 Pro R.^{mo} D. Summatore J. Hierosol.^s M. Vestrius Bar-
 gianus. **I. N. V.** loco + Bullae plumbeae. A tergo R.^{ta} apud
 Marcellum Secretarium. **QVAS QUIDEM** praeinser-
 tas Aplicas Srās quia non uitiatas non cancellatas, nec in
 aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus uitio et suspicio-
 ne carentes inuenimus; Ideo ad R.^{di} Patris Camilli de Le-
 sijs Religionis S.^{ae} Praefecti Generalis principalis instantiam
 per Notarium Curiae nrae publicum infrascriptum transumi
 et exemplari, et in hanc publicam transumpti formam redigi
 mandauimus. **D**ecernentes, et uolentes quod huius nro publi-
 co transumpto cum praeinsertis Srās Aplicis originalibus di-
 ligenter auscultato collationato, et concordato plena fides de-
 incept

inceps ubiq; locor; adhibeatur, et præstetur non secus ac si ipsæ
 originales litteræ exhibita forent, uel ostensa. Quibus oib;
 et singulis præmissis nr̃am et dictæ nr̃e Curia auctoritatem
 interposuimus, et decretum. **IN QVORVM** omnium, et
 singulor; præmissor; fidem, et testimonium præsentis fieri, et
 per Notarium Curia nr̃e publicum infrascriptum subscribi, si-
 gilliq; nr̃i, quo in talibus utimur iussimus appensione muniri.
 Dat; Romæ ex ædibus nostris anno à Natiuitate Dñi
 Nñi Iesu Christi Millesimo Quingentesimo Nonagesimo
 Primo Indictione quarta Die uero decima octaua Mensis Octo-
 bris. Sede Apl̃ica uacante per obitum dicti fel: rec: Gregorij
 Papæ XIII.

Alex. N. S. S. S.

Jo: Franciscus Volpinus Curia
 Causar; Camere Apl̃icæ Notus.

Transumptum litterar; Ap: 3